

Negat Scotus, ibidem apud Tanner: quem ita perstringit Azor: Scotus videtur docere sanctos non orare pro iis, qui sunt in purgatorio, sed eum manifestè communis Ecclesiæ usus convincit. lib. 9. c. 10. Institut. Moral. fol. 754. l. 2.

*An in sanctis beatis sit*

Habitus spei? Miris de eo modis differentiunt. Vide Tanner. Tom. 3. Theol. Schol. disp. 2. q. 1. dub. 2. n. 43. IV.

*Angloria animæ major fatura sit  
post resurrectionem, quam ante  
fuit?*

Petrus Lombardus & alii illud affirmant, docentes gloriam animæ & extensivè & intensivè majorem futuram. Contra hoc negat Thomas, Cajetanus, Durandus, teste hujus dissensus Bellarmino lib. 1. de Ecclesia triumphante cap. 5.

*An Beati possint peccare?*

In utramq; partem disputatur à Scholasticis, teste Tanner. Tom. 2. Theol. Scholast. disp. 1. q. 2. dub. 3. num. 22. seq.